



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX

Dominica Decima Post Pentecost.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56259)

issime clamant nolle te mortem peccatoris, aut illius ruina delectari. Scio, scio natura tua magis in clementiam quam rigore, magis in pacem quam bellum, in misericordia potius quam iustitiam, pendere. Sed edocere nos voluisti lachrymas nobis esse ad salutem necessarias, & cum tu aliena delicta & aliorum ceruicibus impendentem cladem desistas, nos nostra ac propria desere debere. Hi namque torrentes sunt, in quibus emergunt hęc monstra: mare rubrum hic est, in quo Egyptii pereunt undis obruti; diluuium denique hic, quod omnes concupiscentias terrenas & impuras carnis pruriginis obruit & disperdit. At quoniam Domine, donum lachrymarum cœlitus descendit, gratiam obsecro nobis presta, ut assidue nostra hic peccata desicemus, & bonorum operum seminem in poenitentia agro ita seminemus, totque lachrymis irrigemus, ut tandem aliquando in gaudio & consolatione, in alterius mundi solo, in quo beatitudinem nostram expectamus, fructum colligere mereamur: quod prestare dignetur qui uiuit & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus S. Deus. Amen.

DOMINICA DECIMA
POST PENTECOST.

Partitio.

- II. De superbia detestatione.
- III. De orantis Pharisei fastu.
- III. De orantis gloriatione.
- IV. De precum submissione.
- V. De laudis propria amantibus.
- VI. De orantis publicani pudore.
- VII. Parænesis seu præconium humilitatis.
- IX. Encomium humilium.

Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, vnus Phariseus & alter publicanus. Luc. 18.

FIGURA.

Evangelicus Propheta Isaias inter omnia que in Messia in mundum aduertu euen-

tura prædixit, ar valles replendas, & montes complanandos: per valles autem humiles intelligit; per montes, turgidos & inflatos superbia. Messias igitur exaltabit humiles & superbos deprimet. Cuius rei hodierno in Euangelio manifestum videre est exemplum: in quo duos cerneris, Phariseum inquam & Publicanum, nimium quantum inter se discrepantes, vnum superbia & vanitatis typho turgidum, alium humilia de se sentientem, suique contemptorem: & concludit, postquam eorum conditiones plurius enarrasset, Euangelium, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Et qui se humiliat, exaltabitur.*

Egregium profecto argumentum, in quo vestro cum fructu & emolumento hodierna expatiatur cœcio. Spiritui ergo sancto supplicemus & sanctissimæ Virgini, hoc ut opus ille Numinis sui auxilio, hęc patrocinio promoueant ac prouehant; quam obrem flexis genibus dicamus:

AVE MARIA.

Sublimes illi Ecclesiæ vertices, & Patres, viuacissimæ virtutum omnium ac præsertim humilitatis imagines; superbia vitiorum omnium tererrimæ naturam & essentiam accuratius examinantes, & ad intimos eius recessus penetrantes, varias eiusdem commentum sunt definitiones ac descriptiones satis exoticas. In primis Augustinus in libr. de ciuitate Dei ita eandem descripsit, *Superbia est peruersa celsitudinis appetitus: & aliter in libro ad Innocentium, Superbia est inordinatus amor propria excellentia: quem sequitur & Magister sententiarum 2. sent. dist. 42. Bernardus vtriusque opinioni suffragatus ita definiuit, Superbia est propria excellentia appetitus. 2. 2. q. 162.* At Angelicus Doctor Thomas aliam tenens viam sic scribit, *Superbia est quadam extollentia per quam se quis extollit supra id quod est ei præfixum diuina regula: alludens scilicet ad Paulinum illud, Nos non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regula, quam mensus est nobis Deus.* Aliter eandem delineant alii & dicunt, *Superbia est propria conditionis præsumptiosa existimatio.*

Quid.

Superbia omniū vitiorum grauis-
simuz.

1.

Quidquid demum sit, certum est, vitium esse detestandum, & forsitan omnium vitiorum maximum ac terribissimum, quam opinionem firmissimis stabiliam rationibus & argumentis. Primo maximum est ob auersionem, quo etiam peccatum aliquod hominem magis à Deo retrahit, quo & grauius est: maxima namque peccati perueritas est quod hominem à Deo auertat, vt Augustinus ait lib. de libero arbitr. Superbia autem hominem magis quam vllum peccatum à Deo retrahit & quodammodo auellit; in ceteris quippe peccatis non nisi ex ignorantia, infirmitate & fragilitate, vel etiam alterius boni appetitu, homo à Deo recedit; verum per superbiam non alia de causa, nisi quod Deo eiusque legibus subesse detrectet, vt omnes in genere docent Theologi & imprimis D. Thom. loco superius allato. Hinc Glossa ordinaria, verba illa Psalmi xxviii. *Emundabor à dilecto maximo*, exponit, hoc est à peccato superbia, quo efficere vult omnium peccatorum caput & principem esse superbiam.

2.

Deinde, peccatorum dici potest grauis-
simum, quod ipsa fons sit & scaturigo malorum omnium: quidquid enim peccatorum aliorum causa & origo est, ipsum profecto ceteris habetur grauius, iuxta Metaphysicum illud axioma, *Quod est causa aliorum & similia, illud est maxime tale*: vel iuxta Topicorum definitionem, *Propter quod vnunquodque tale, & illud magis tale*. Scriptura porro nullo non loco, & quidem aperte, declarat, *Innitum omnis peccati esse superbiam, & qui tenuerit eam, replendum esse maledictis, & ab ea in finem subuertendum*. Idem omnino dicit Tobias, & vltimam filio voluntatem aperiens in primis adhortatur, vt superbiam fugiat velut matrem & vitiorum omnium nutricem & totius orbis ruinam, *Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas, quia in ipsa initium f. mpsit omnium perditio*. Idcirco eam Gregorius omnium malorum radicem & vitiorum omnium reginam nuncupat, *Radix cuncti mali, & regina omnium vitiorum superbia est*.

2. Metaph. r.
Top. & 3. posterior.

Eccles. 10.

Tob. 4.

Gregor. lib. 31. Moral.

3.

Tertio superbia peccatorum princeps est

ac domina, & ceteris sauit insolentius & crudelius quod per hanc Altissimo se æqualem constituere homo contendat eiusque se socium declarare, cum ceteris imperare nulloque subdi vult; q. soli diuinitati proprium est; quod enucleatius examinans Augustin. ait: *Deus est supra quem nihil, sine quo nihil, sub quo totum, cum quo totum, in quo totum, à quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia*. Hanc porro excellentiam & præminentiam sibi arrogat arrogans, omnes præcellere gestiens & omnibus imperare, atque ita insignem Deo irrogat iniuriam, illius iura inuadere præsumens, diuinaque proprietates assumere; *Qui extollitur super omnia quod dicitur Deus, quem locum quamuis in primis de Antichristo interpretes intelligant, de superbo tamen non impedit quo minus cum Bernardo exponamus.*

In spec. 13.

Thess. 2.

4.

Quarto reliquis vitii supereminet superbia, quod nullum maiora causari mala, nullum maiorem afferre cladem homini soleat. Ipsa siquidem est virtutum gratiarumque grando, atque omnium bonorum spiritualium pestis & diluuium. Vnde Magnus Gregor. *Sicut humilitas omnia vitia exstirpat, omnesque virtutes colligit & roborat, sic superbia perdat. mnes virtutes destruit & eneruat*. Idem habet & Isidorus, at multo elegantius; *Sicut superbia est origo & radix omnium criminum, ita est ruina omnium virtutum*. Aquila, auis illa ad prædam nata, vt testas, nuces & testudines conterat, eisdem in altum librat, vt ita in petram deiecte in frustra comminuantur. Idem omnino arrogantia cum superbis & fastuosis agit: eosdem quippe sublimes eleuans, & in auras præsumptionis de seipsis sustollens, mundi deinde scopulis illidit, præcipitesque deiiciens, vitam simul & animam cogit amittere. Quo referre possumus verba illa Psalmista, *Deiecisti eos dum alleuarentur, & versum illum Prophetæ:*

----- tolluntur in altum,
Vt casu grauiore ruant.

Denique superbia vitiorum domina est & primaria, quod illam Deus præ ceteris sceleribus detestetur & abhorreat: quod testatur Sapientis verbis, *Superbiam & arrogantiam ego detestor, dicit Dominus, & Iudith, Superbia*

In serm. quodam.

Lib. de superbiam.

Superbia comparata aquile.

Superbia comparata aquile.

5.

Prou. 8. Iudith 9.

perbi

perbi non placuerunt tibi ab initio: perinde ac si dixisset: omnes quidē creaturas diligis & complecteris Domine, at superbos deprimis & profunde deiecis. Hinc acriter semper & graue hocce scelus puniuit, eius cum puniendi sese obrulit occasio, quod ē Psalmo-graphi verbis fiet manifestum dicentis, *Re tribue abundante facientibus superbiam; ut & domos eorum subuertat ac destruat, Domos superbiorum demolatur Dominus; & omnes eorum facultates dissipet ac perdat, Et substantia superbi i traadicabitur.*

Verum cui fini, inquiet aliquis, prolixius hoc exordiū? ad quid hæc superbia & arrogantia? apposite sane & ad ppositum: quod Euangelium aliud nobis non depromat, q̄ hinc superbiā, arrogantiam, vanitatem, illinc humilitatem. Proponit siquidem nobis ob oculos Pharisæum, vanitate turgidum, sui ipsius præconem & meritorum iactatorem; in vna templi parte sese ostentantem, in altera vero Publicanū vix oculos sustollere præsumeatem, pugnis pectus tundentem & misericordiam depotentem. Historiam refert Lucas, *Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebat tanquam iusti, & aspernabatur ceteros: parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent, vnus Pharisæus & alter Publicanus. Ut parabolam hanc methodo quadam certa deducam, primo de Pharisæi præsumptione, ac deinde de Publicani humilitate loquar.*

Docet Parabola, Pharisæum quendam superbum; magna & sublimia de se præsumentem ascendisse in templum Deo ut supplicaret, atque ita orationem inchoasse, *Gratias tibi ago, Domine, quod non sum sicut ceteri homines, fures, rapaces & adulteri, omni flagitiorum genere cooperti: sed pluribus ecotra gratiis & beneficiis me cumulaueris ieiuno namque bis in sabbatho, decimas de omnium quæ possideo, adeo ut nihil in me reperiam quod merito quis reprehendat, atque hoc nomine immensas tibi gratias ago.* In alio vero templi loco, Publicanum adeo peccatorum suorum pudore suffusum, oculos vt in terram deiciat, vixque ad cælos sustollere præsumat, sed pectus tundendo suspirandoq; clamasse, *Domine miserere mei:*

Tom. 2. Pars 2. Estina.

mille me tibi nōminibus deuinctum scio, agnosco tot tantorumq; me criminum reum esse, vix vt oculos in cælum tollere audeam vt te coram intueor, quantum Deus bone inter vtrumque discrimen!

Ait Augustinus duo amorum genera duas construxisse ciuitates, amorem inquam Dei ac sui ipsius: illum in sui ipsius contemptu, velut in fundamento, diuinam quandam ciuitatem cōdidisse: hunc vero diuinā maiestatis contemptui innixuā, diaboli ciuitatem crexisse, verba eius audiamus, *Duo, inquit, amores duas fecerunt ciuitates, amor Dei vsque ad contemptum sui erexit ciuitatem diaboli.* Sublimis hæc Theologia optime cum duobus his orantibus coincidit: alius siquidem in tantum philautia ac sui ipsius amore turget, vt Deum simul & proximum contemnat; alius vero non nisi humilitatem cosfectatur & affectum spirat diuinā spirantem. Vnus cuius est ciuitatis diabolica (de quo dicitur, *Ipsē est rex super omnes filios superbia*) alter vero ciuitati Dei infertur & assumptus, (*qui humilia respicit, & alta à longo cognoscit.*)

Sub alterius parabolæ inuolucris duos nobis fratres proponit Euangelista, idem omnino significantes. Prodigus enim qui in se reuersus errorem commissum agnouit, Publicanum denotat: maior natu vero, qui patrem coarguit, & fratris rum in domum tum in gratiam reditum indigne tulit, (*Ecce, inquit, tot annis seruis tibi, sed postquam filius tuus hic, (non ait frater meus) qui dissipauit omnia cum meretricibus, rediit, occidisti illi vitulum saginatum.*) Pharisæum nostrum qui de se sublimē sapit, atque alios aspernatur, refert.

Primum superbiæ illius argumentum, vt Lucas notat est, quod stando orat, *Pharisæus; Reg. 8. stans hæc apud se orabat,* hoc namque schemate & situ ostendit elatum se habere cor & animam fastu turgidam. Ceterum hoc situ non orauit Salomon, sed genibus in terram flexis: Daniel quoq; quoties orationi opam daret, in terram genua flectebat: Moses cum Deo loquens sese dimittebat, & humi sese prosternebat, Ioannes xxi in Apocalypsi vidit seniores, & cum eis omnem militiam cœlestis exercitus coram diuina maiestate

Bb iacere

iacere prostratam. Ipse etiam Christus Patrem in horto oraturus, *Proiecit in faciem suam.* interea arrogans hic Phariseus, nescio qua presumptione, stat, nec sese incuruat.

Phariseus non orauit erectus.

Miratur hic Maldonatus eos, qui crediderunt Phariseum rectum orasse: neque enim credibile esse putat, quod nonnulli affirmare hinc nituntur, Iudeos stando Deum orare solitos: cum constet eorum orandi ritum sine vlla immutatione Christianos in ecclesia suam transtulisse, atqui certum est Christianos semper genibus flexis orare solitos. Huc accedit quod hunc fuisse etiam Iudeorum in orando ritum e Scriptura colligi queat, e 3. Reg. 8. 2. Par. 6. Dan. 6. aiuisq; plurimis locis; adeo ut quicumq; aliqd a Deo postularerit, semper genu curuarerit. Ceteru verbum *stare* in sacris litteris sola interdum denotat in loco presentia alias requiem, interdum decretum & animi firmitate, aliquando initium & exordium, interdum etiam temeraria presumptione, & quolibet demum accipias modo, semper arrogantiam quandam includit.

Superbia dicta in S. Scriptura impietas. Abd. 1.

O ingens superbiae malum! ut cui per ceteris absolute impietatis titulum det scriptura nam quo loco vulgata in Abdia legit: *superbia cordis tui extulit te.* Paraphrastes Chaldeus habet, *Impietas cordis tui seduxit te:* e quo colligere est, superbia homines impios & aduersus proximum immites reddi. Huc trahere possumus quod parabolice quidam dicere solebat, duxille scilicet olim vxorem diabolum, iniquitatem nomine, e qua nouem filias non minus impias percussit, quarum octo specialibus dederat in coniuges, at noua omnibus esse voluit comunem: prima nomen habet superbia, quam sibi in coniugem delegerant reges, principes & magnates, quod huiusmodi ut plurimum esse soleant praeter ceteris superbi: altera Simonia dicta; qua sacerdotibus copulauerat, inter hos nempe solos Simoniam reperire est: tertia hypocrisis, religiosorum coniux: quarta rapina, quae duxere milites: quinta vsura, quam sibi mercatores desponderunt: sexta mendacium, quae nupit mechanicis & artificibus: septima pigritia, cuius maritus erant nobiles, quod a lege illa poenah, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo,* eximi velint & excipi: octaua murmuratio,

Novem Sacra filiae.

que operariis in vxorem cesserat: nona autem fornicatio & luxuria, quae priuato alicui copulari noluit, sed omnem statum amplecti, omnem thorum ascendere, cum omnibus agere & tam paruis quam magnis, pauperibus quam diuitibus, Ecclesiasticis non minus quam secularibus promiscue commisceri voluit. Arrogantia igitur inferni primogenita est, Pharisei nostri directrix, animae illius magistra eiusque precum dispensatrix.

Deus tibi gratias ago, quia non sum sicut ceteri hominum. Irridet hanc orandi formulam Phariseus Bernardus & explodit: stitem postularurus, ratio inquit, venit, & utramque nummis referentem cula ostendit manum, annon n. stolidus ille mendicus foret, qui stitem petens, monilib. plenas pferret manus: neque enim haec vera impetrandi ratio est, sed necessitatem e contra & penuriam ob oculos ponat & vulnera detegat necesse est, ut omnes in sui commiserationem, & ad eleemosynam dandam excitet. Atque hoc orasse modo Dauidem videbis, *Miserere mei Deus, quoniam inuolutus sum, sana animam meam, quia, eccasi tibi.* Id est, stitem a te Domine contendo, miserere mei, respice vulnera, intucere vlcera, & plagas, vide quam sum debilis & arger; sana animam meam, quae infinitis te modis ostendit, & praeter peccato penitus elanguescit.

Non ita Phariseus, sed orationi suae exordium arrogans & in sui commendatione contextum praetexit, *Deus tuus gratias ago, quod non sum sicut ceteri hominum:* ego iustus sum, alii peccatores, de hoc fortaliter vaticinans ait Propheta, *Et oratio in suis in, eccatum.* At non est haec debita precandi formula superbe, alia procedendum est methodo, & Ionae Prophetae modo orandum dicentis, *Quod est opus tuum? qua terra tua? Et, non vadi?* Si enim his te ipsam verbis interrogares omnem procul dubio factum quamprimum exueres, *Qua terra tua, quo vadi? Et quid opus tuum?* Nam venis & pdis e nihilo, in cineres abibis, & peccatum opus tuum est, quid cogitas superbe? nescis, quidquid in nobis est boni a solo Deo pcedere? Itaiam dicentem *Non audiisti? Omnia nostra operatus es in nobis Domine:* Deus enim Primarius author & prima bonorum operum causa, quae seipso apud

III. Pharisei o. ratio in. cula. ostendit manum. annon n. stolidus ille mendicus foret, qui stitem petens, monilib. plenas pferret manus: neque enim haec vera impetrandi ratio est, sed necessitatem e contra & penuriam ob oculos ponat & vulnera detegat necesse est, ut omnes in sui commiserationem, & ad eleemosynam dandam excitet. Atque hoc orasse modo Dauidem videbis, *Miserere mei Deus, quoniam inuolutus sum, sana animam meam, quia, eccasi tibi.* Id est, stitem a te Domine contendo, miserere mei, respice vulnera, intucere vlcera, & plagas, vide quam sum debilis & arger; sana animam meam, quae infinitis te modis ostendit, & praeter peccato penitus elanguescit. Non ita Phariseus, sed orationi suae exordium arrogans & in sui commendatione contextum praetexit, *Deus tuus gratias ago, quod non sum sicut ceteri hominum:* ego iustus sum, alii peccatores, de hoc fortaliter vaticinans ait Propheta, *Et oratio in suis in, eccatum.* At non est haec debita precandi formula superbe, alia procedendum est methodo, & Ionae Prophetae modo orandum dicentis, *Quod est opus tuum? qua terra tua? Et, non vadi?* Si enim his te ipsam verbis interrogares omnem procul dubio factum quamprimum exueres, *Qua terra tua, quo vadi? Et quid opus tuum?* Nam venis & pdis e nihilo, in cineres abibis, & peccatum opus tuum est, quid cogitas superbe? nescis, quidquid in nobis est boni a solo Deo pcedere? Itaiam dicentem *Non audiisti? Omnia nostra operatus es in nobis Domine:* Deus enim Primarius author & prima bonorum operum causa, quae seipso apud

Pharisei o. ratio in. cula. ostendit manum. annon n. stolidus ille mendicus foret, qui stitem petens, monilib. plenas pferret manus: neque enim haec vera impetrandi ratio est, sed necessitatem e contra & penuriam ob oculos ponat & vulnera detegat necesse est, ut omnes in sui commiserationem, & ad eleemosynam dandam excitet. Atque hoc orasse modo Dauidem videbis, *Miserere mei Deus, quoniam inuolutus sum, sana animam meam, quia, eccasi tibi.* Id est, stitem a te Domine contendo, miserere mei, respice vulnera, intucere vlcera, & plagas, vide quam sum debilis & arger; sana animam meam, quae infinitis te modis ostendit, & praeter peccato penitus elanguescit. Non ita Phariseus, sed orationi suae exordium arrogans & in sui commendatione contextum praetexit, *Deus tuus gratias ago, quod non sum sicut ceteri hominum:* ego iustus sum, alii peccatores, de hoc fortaliter vaticinans ait Propheta, *Et oratio in suis in, eccatum.* At non est haec debita precandi formula superbe, alia procedendum est methodo, & Ionae Prophetae modo orandum dicentis, *Quod est opus tuum? qua terra tua? Et, non vadi?* Si enim his te ipsam verbis interrogares omnem procul dubio factum quamprimum exueres, *Qua terra tua, quo vadi? Et quid opus tuum?* Nam venis & pdis e nihilo, in cineres abibis, & peccatum opus tuum est, quid cogitas superbe? nescis, quidquid in nobis est boni a solo Deo pcedere? Itaiam dicentem *Non audiisti? Omnia nostra operatus es in nobis Domine:* Deus enim Primarius author & prima bonorum operum causa, quae seipso apud

Ioan. ait, *Sine me nihil potestis facere.* Homo si quid est non nisi instrumentum est & organum.

Et quemadmodum omnis imaginis elegantis ars & ventus non penicillo, sed pictori adscribenda est: ita laus & merita operum nostrorum quæ viæ virtutum imagines sunt, Deo velut pictori & Apelli, non vero nobis qui non nisi peniculus & causa instrumentaria sumus adscribenda sunt. Optime hic quadrabit, quod Psaltes ait, *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam;* perinde ac si diceret, si quid boni agimus Domine, non illius honor nobis arrogandus, at tibi omnis si qua inde resultat gloria, adscribenda.

Iure civili cautum est & ita communis usus obtinet ne quis artifex, architectus, aut operarius nomen aut insignia ædificiis, quæ reip. sumptibus extruuntur, quamvis ipsi eadem ædificent, adscribat. Diuino quoque iure prohibetur aio, ne quis, licet forsitan pia aliquot opera edat velut instrumentum à manu diuina motum, Deo nimirum expensas soluente & gratia sua cooperante, (quam Paulus in se expertus ait, *Non ego, sed Dei gratia mecum;*) sibi honorem aut gloriam adscribat, cum hæc soli Deo, velut supremo totius reip. mundi huius principi, sit adscribenda.

Sirho Atheniensium Dux, cum, referente Plutarcho, à ciuib. summis ad caelum laudibus effereatur, quod regem Cotym profligasset ac fudisset, variaque trophæa sibi bello peperisset; sapiens ac prudens respondit, diis immortalibus velut tantæ victoriæ donatoribus grates esse referendas, sese vero non nisi laborem præstitisse ac manum præbuisse. Hoc si ethnicus dixerit, quid quæso Christianus dicturus est: hic tamen Phariseus laudem sibi arrogat, inque virtutum operibus & operum virtutibus gloriatur.

IV. *Deus gratias tibi ago.* Vt olim Ezechias, thesauros & diuitias suas Babyloniorum legatis ostendens Deum ad iram pronocauit, ut primum flagellum ei per Prophetam, regni-que amissionem sit comminatus, (Et auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc in Babylonem, non remanebit quidquam, ait Dominus.) Non secus etiam hic agitur, vix enim virtutes suas & animæ diuitias patefecit & in aper-

Deo soli bonorum operum gloria adscribenda.

Psal. 113.

Historia insignis de dace quodam Atheniensis.

IV.

4. Reg. 20.

tum protulit Phariseus quin statim Satan princeps ille tenebrarum, & animarum prædo eandem diripiat ac dissipet. Hanc S. Augustino allegoriam acceptam ferre oportet, & mihi hanc quæ mox sequitur.

Christianæ perfectionis est, quidquid in animo mali peruersi apparet, nobis; quidquid stiano pervero boni & æqui repertum fuerit, Deo adscribere: malum quidem nobis, velut illius auctoribus, vt ita demissius de nobis ipsis sentiamus, bonum vero Deo, genuine illius causæ & principio, vt hinc maior ei gloria accedat. In huius rei confirmationem ait de senioribus illis xxi v. Ioannes, *Adorauerunt viuentem in secula seculorum, mittente coronas suas ante thronum Dei.* Id est, Deo certaminum suorum victorias & conflictuum trophæa, non vero sibi ipsis adscripserunt, in illum omnem refuderunt gloriam, à quo se omnem in certamine fortitudinem ac robur nouerant accepisse. Tangit hoc etiam, & scite quidem, Psalmographus, *Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed deus xeræ tua & brachium tuum.*

Nemo igitur meritis fidat, nemo ob iustitias sibi suas blandiatur, omnia siquidē merito cōfidat: tabilitati obnoxia sunt, & in momento mutantur; quæ plurimis est sacra Scriptura exemplis cōfirmari poterit. Lucifer namque cælo, Adam Paradiso, Iudas Apostolorum collegio, Salomon sapientum, & Apostolorum numero excidit Petrus. Omnia varia sunt & mutationi subiecta, fors mera hic dominatur & casus vocatio nostra est de cōtingentibus, nihilque firmi statui hic potest, certi nihil: Iudas namque damnatur, latro in cruce salutē adipiscitur, & Magdalena in gratiam admittitur; Phariseus reprobarus, at Publicanus prædestinatus est. Quis igitur alios contemnat? quis de operibus gloriatur? aut ob eadem superbiat? quis Pharisaica phrafi dicet, *Gratias ago tibi.*

Egregium profecto exordium & principium orationis singulare! at aliam orandi methodum longe excellentiorem præscribit Apostolus, *Cum gratiarum actione petitis, ne vestra innotescant apud Deum.* Et sane adeo plausible & admirabile est, vt Christus oras similem orandi formulam adhibere non dubitet

Matth. 11. Gratias tibi ago Pater, Domine cali & terra. Nescis ah Pharisee, nescis, dixille in Prouerbiis Salomonem? *Iustus in principio accusator est sui.* Cum Deus Ieremiam ad verbu suum annuntiandum mitteret, primo vt euelleret & destrueret iustitiam, deinde vt edificaret & plantaret. Contende, inquit, Ieremia, *Vt uellas ac destruas vitia, & deinde adifices edificium spirituale, & plantes novos virtutum fureulos in horto & feraci animarum agro: eodem profus agat modo qui orare statuit.*

Simile.

Si cui e vena aperta sanguis sincerus & purus effluat, corrupto vero & teter in venis permaneat, male de agro augurari solent medici, & velut ominosum symptoma iudicare; at si e contra impurus, bono intra venas permanente egrediantur, certissimum recuperande sanitatis est argumentum. Idem omnino de oratione dictum est, quam infaustum & malum omen est, initio bonum virtutum & bonorum operum affluere sanguinem, *Ieiuno bis in sabbato, ascimus do, & c.* facibus vitiorum & amurca superbiae in animo permanente, at quanto tutius ac melius, si primo impuri scelerum in animo comorantium humores prodeant.

Io. 7.

Euidens stoliditatis ac fatuitatis argumentum est facultates suas patefacere, merita iactare apud eum quem ad tui conaris commiserationem excitare: at sapientiae & prudentiae, mea quidem sententia, iudicium est, eadem calamitates reuelare, quo ad misericordiam commoueatur, quod egregia e libro Iosue historiae confirmabo. Gabaonitae idolorum cultu infames, vt gratia apud Iosue ducem inuenit, & cum ad commiserandum excitarent, vestibus lacris ac feruitutis calcis perforatis, facie pallida, & schemate sane exotico & tristi in illius venire conspectum; quo mendacio & fucio illectus Iosue gratia eis concessit & illos ab intereicione liberauit. Vnde infero, vanam meritorum ostentationem noxiam semper ac damnosam, ac nullum ad concitanda misericordiam medium dari melius aut efficacius, quam arumnas & miseria ostendere.

Iob. 7.

Caecus quidam senex, vt in varia Aelianus refert qui fucato pigmento tingere capillos, solebat, ne quis eius caecitatem perciperet &

senectutem. Lacedaemona venit cumque coram magistratu aduentus sui causas & legationis capita exposuisset, rex Archidamus viso senecionis delirio & amentia, in mediu progressus ait, *Quid hic sani diceret cuius non animus verum etiam capui facis contaminatum est?* e falsa illa & inani ostentatione colorum & tinctorum capillorum, animum leuem & iactabundum coarguens. Huic deliro seni similes esse dixero eos, & vere caecos, q virtutis antiquitatem falsis facis contegunt, vel qui inueteratum, squalidum & vitiorum rugis deformem animum habentes, ementiri virtutes conantur, & ficto quodam hypocriticeos pigmento, inanes bonorum operum colores ostentant ac praeferrunt.

Veruit in Mosaica lege Deus ne primogenita ouiu tonderetur, *Non operaberis,* inquit, *Dent. 15. in primogenito bouis, & non tonderis primogenita ouium.* Egregium profecto mysterium! Is qui virtutum suarum iactat primordia, & quae in alios bona confert opera enarrat, vere primogenita ouium tondere dici potest; eo quod secreto quod pellis instar virtutem tegebat, ablato, nuda penitus atque omni vera laude spoliata manet. Quod Propheta Iob iniquitatem maximam appellare non dubitauit, *Silaturus est,* inquit, *in ab condito cor meum, & osculatus sum manum meam in ore meo, quae est iniquitas maxima & negatio contra Deum altissimum.* Is autem ore suam osculatur manum, qui opera manuum suarum proprio propalat ore, atq; hoc iniquissimum est.

Thesaurus, quo magis absconditus, eo & tutior & ab omni iniuria alienior; ita virtutes quo magis celantur & teguntur, quo & conseruantur melius. Sed quid vana gloriae aura omnes abripit, ac nemo se virtutem habere credit, nisi laudum flabra auribus insonent. Et quemadmodum organa nullum edunt sonum, nisi ab altero folies attollantur, atq; ita ventum concipiant; atq; vt nauis statione egredi & vela facere nequeunt, nisi prius aura fauerit: ita superbi & arrogantes virtutum nequeunt studio in cumbere, si praecursorum aura & flabrum laudum non accedat. Sed quantum hoc detrimenti adferat, dici non potest.

V.
Vana gloria
periculum
adfer.

Si quis vel exiguum aceti dolio vinario infundat, omne mox vinum corrumpitur & acescit: ita quoque vana vanitas, & arrogantia etiam exigua, omnia nostra destruit merita, & in acedinem vitiorum conuertit, quemadmodum ad oculos in superbo hoc & arrogante Pharisæo videre est: qui quidquid in se boni & meriti continet, vel arrogantia euerit ac perdit: & quod tres vel quatuor virtutum actus toto vitæ spatio paratit, sanctum se & de numero prophetarum putat.

Deus gratias tibi ago Plurimos reperire est tam exigui & imbecillis cerebelli, & capitis adeo debilis, ut vel vno vini haustu inebrietur & extra mentis statum abripiantur: sunt & alii in virtutum stadio ita debiles, ut si vel exiguum quid in se meritorum conspiciant, quod nimirum Deum orarint, die vno atque altero, ieiunant inani quadam presumptione & vana gloria ebrii vacillent. Iusti contra & sancti, quamuis omni virtutum genere instructi sint, intra humilitatis tamen limites sese continent & multorum reos se criminum credunt: cuius rei rationem reddens Magnus Gregor. ait, *Sancti viri, inquit, quo altius apud Deum virtutum dignitate procedunt, eo subtilius se indignos esse deprehendunt, quia dulci proximi sunt, quidquid eos in seipsis latet, deprehendunt.* Horum de numero fuit sanctus Propheta Iob, qui tam exiguum sui rationem habebat, ut quos haberet nauos facile agnosceret; at quas nactus erat virtutes regeret & quodammodo ignoraret, *si simplex, inquit fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.* Id est, si quid in me forsitan meritorium est, tantum abest, homines ipsum ut sciant, ut & ipse vix perspectum habeam. Non est profecto tibi similis superbus hic Pharisæus, Iob; neque enim illi sufficit, nouisse quæ in animo delitescunt bona, at vult ut omnes eadem norint, atque ideo merita recensens sua ait, *Non sum sicut ceteri homines, &c.*

Videre ut ceteros vilipendat & reiciat. In quam rem quadrat docta illa Aristotelis sententia dicentis, *Qui n. n. est, sicut ceteri homines, aut aliquid melius est, omni homine, sicut Deus; aut aliquid similis omni homine, sicut bestia: adeo ut ex Philosophi sententia Phari-*

sæus hic noster, qui se ut ceteri hominum, non esse dicit, vel semideum se aliquem fingat, aut bestiam potius. Sed notandum est, aliorum contemptum multa mala inuoluere & magnam animæ perniciem adferre. Nam ut mare, ut sese expurget, littora sordibus replet & ægros quos alluit; ita superbus, quo dignitatem retineat, & ipse munde & honeste viuat, omnes alios vitis inquinat, & infames reddit: uti Pharisæus hic, qui in humilem Publicanum omnes peccatorum suorum sordes reicit & euomit, quo se sanctum & pium ostendat.

Quamobrem etiam, aer vel exhalationes calidæ, quæ in terræ visceribus, velut in carcere, conclusæ sunt, exire & erumpere gestientes, tandem post horrendas concussionem, terremotus, agitationes, violenter viam nactæ egrediuntur, terram dirumpunt, & hiatus vastissimos causantur, ut domos & moles amplissimas ad terram deiiciant: sic etiam vana gloriæ appetitus & sitis, animo arrogantis inclusa; post varias agitationes & inquietudines, tandem erumpens, ingentem edit fragorem, plurimorum famam destruit ac plurimorum innocentissimorum vitam ardit ac perdit. Testem hic habemus luculentum, Pharisæum nostrum qui Publicanum infamat, & peccatorem esse credit, quem tamen innoxium & iustum testatur Deus. Proximum contemnit suamque laudes deprecatur.

Ieiuno bis in sabatho, decimas dō; Virtutes male collocatas, quæ in superbi anima sedem fixere, sunt scilicet serua: illæ Naamanis leprosi, quæ semper ad libertatem aspirant, & sedem illam deserere gestiunt: sunt reginæ illæ catenis & compedibus constrictæ, quæ sub mensa Adonibezech micæ colliguntur gemmæ & vniones annulo inclusi plumbeo, dixit olim iocans M. Collius, Gallæ gibboso insultans, ingenium illius male habitare: quod scite de doctis & sapientibus, difformibus tamen & monstrosus dici potest: at multo verius ac melius de hominibus flagitiosis.

Quam male enim habitant virtutes in superbis illis corporibus, & gibbosis, fucatis, & vitio repletis! quam male habitant ieiunia, poenitentia, & alia virtutes in anima Pharisæi: cuius obsecro cæcitatē & demen-

tiam notale; cogitat siquidem, ieiunius se & decimarum solutione, peccata tegere posse: multi quoque; hodie sibi persuadent, quotidie sacrum audiendo, omnem se iustitiam complexisse, Deo que satisfecisse.

Iud. 17.

Sacerdos ille Ephrataeus, Michas idolum quoddam domi habebat, cui victimas & libamina offerebat, quia etiam Leuitam promisso stipendio conduxerat, qui hostias eidem contra Dei veri prescriptum maceraret, ille vero felicem se hoc nomine credebat, quod Leuitica stirpis sacerdotem domi haberet; unde gaudens aiebat, *Nunc scio, quod tene mihi faciet Deus habenti Leuitici generis sacerdotem.* Aduertite, quaeso, hominis caecitatem, qui sub virtutis habitu & colore omnem idololatricam celatum iri credebat. Quot, eheu, hodie similes reperire est, qui ob vnius dici ieiunium vel tenuem aliquam elemosynam, certo sibi persuadent, atque in dubitate credunt, omnium delictorum se veniam impetrasse, & cum Deo in gratiam rediisse.

Psal. 118.

Alia profecto ratione vitam instituebat Dauid Propheta, cum de se libere sine vilo fastus aut iactantiae periculo, confiteretur, *Et dicit omnia mandata tua dirigebar. omnem viam inquam odio habui,* i.e. nihil vnquam fieri mandasti Domine quin exacte seruari; nullum quoque peccatum fuit, quin summis id ipsum viribus fugere contenderim. Quid enim profuerit ceteras vrbs portas diligenter occludere, vna patente, per quam hostis ingrediat? Cumque Dominus apud Matthaeum legem suam promulgaret non dicebat, *Tollite iugum meum super ceruices aut humeros vestros,* sed *super vos:* omnes enim hominis partes tam exteriores quam interiores, diuinae legis iugo subdantur oportet. Sed quo diutius arrogans hic nos Pharisaeus detinet. Publicani excutiendi iam tempus est; cuius causa audienda & examinanda que secundum concionis membrum destinaueramus.

Matth. 23.

VI.

Publicanus autem a longe stans, volebat oculos in caelos levare. Publicani autem nomine nonnulli foeneratorum aut mensurarium intelligunt; alii, inter quos S. Thomas, Liranus, Hugo Cardinalis, vectigalium & portorium exactorem; alii denique, vt Euthymius, publicum peccatorem, hominem vitae fla-

gitiolissima, praeter fas & nefas luca conlectantem. Qualis, quavis fuerit, hic in templum oraturus cum ascendisset, secretum aliquem recessum petiit; adeo namque eum sui pudebat, vt oculos in caelum attollere non praesumens, in terram obtutus defigeret, & pectus tundens, magno poenitentiae signo, diceret, *Deus esto mihi propitius peccatori.*

Quatuor in poenitente hoc conditiones Quatuor reperio, easque laudabiles; prima est, timor conditiones quidam, eo quod a longe ibet ob delictorum laudabiles suorum metuens multitudinem; nam inuitu in oratione sapientia timor Domini. Secunda est, pudor, publicani.

oculos quippe in caelum attollere non audebat, ex consilio Dauidis, qui ait, *Conuertantur et erubescant valde vultu.* Tertio, peccatoris percussio, nam *cor contritum et humiliatum Deus non despicies.* Quarta, quod clamet, *Deus propitius esto mihi peccatori,* non tegit nec abscondit peccata, sed ingenue ac libere confitetur, vt se fecisse testatur salmista,

Psal. 31.

Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Et tu remisisti iniquitatem peccati mei. At inprimis pudor laudabilis est: nihil siquidem Deo gratius & incundius quam ob peccatum conceptus pudor & confusio. Achab rex cum

3. Reg. 11.

peccati sui foeditate magnitudinemque agnouisset, tantum eiusdem pudorem concepit, vt demisso deinde ambulauerit capite, nec oculos in caelum attollere ausus fuerit. Ipse etiam Manasses rex pudore ob delicta suffusus dicebat, *Non sum dignus intueri altitudinem caeli.* 2. Par. 31. pra multitudine iniquitatum mearum.

Afael cum Abnerem Saulis ducem persequeretur, ait illi Abner, *Recede, et noli me se.* 2. Reg. 21. qui, ne ompellar confodere te in terram, et leuare non potero faciem meam ad loab fratrem tuum. Quid? si hic videre metuebat virum, cuius fratrem occidisset quem bello persequeretur; quomodo oculos ille in caelum sustollet, Patrem aeternum intuiturus, cuius filium toties cruci affixit?

Sponsus dilectae suae praeconia decantans, yrecundiam illius & ruborem inprimis celebrat, qui eidem innatus erat, *sicut fragmen mali pueri genitrix tua.* Color autem ille rubicundus genarum pudoris & submissionis argumentum est, & euidentis humilitatis testimonium

Cant. 4.

Monium: cum vero genas illius instar frag-
minis malorum granatorum rubere ait, de-
notare voluit, animam quamvis sancta sit &
virtutibus ornata, coram Deo se tamen hu-
mitem, verecundam & confusam ostendere
debere, ac multo magis illam, quæ peccatis
onuista sit.

1. Esdr. 9. Esdras sacerdos, is inquam qui cum Ze-
robabele sub initio regni Cyri à Babylonica
captiuitate rediit, ac ludæorum res in pristi-
nam dignitatem restituit, cum Deo loquens,
populique sui peccata in memoriam reuo-
cans lacrymans dicebat, *Deus meus confun-
dor, & erubescō leuare faciem meam ad te, quo-
nam iniquitates nostræ supergressæ sunt caput no-
strum, & creuerunt usque ad caelum.* Et sane si
iustus alienum peccatorum recordatione
ita confunditur, quomodo te erubescere par-
est: infelix & impudens peccator, cum pro-
pria tibi proponis. Discas hoc à Publicano,
ne tibi Propheticum illud impropere-
tur, *Jerem. 3.* *Frons meretricis facta est tibi, noluisse erubescere,*
dices etiam à Psalmista: qui ait, *Tota die ve-
recundia mea contra me est, & confusi faciei meæ
cooperiunt me.*

Porro tantus Publicani nostri pudor est,
& verecundia, Deo vt appropinquare vix au-
deat; tanta quoque humilitas vt peccatorem
fese nuncupet: modestior & prudentior ar-
rogante illo Pharisæo, q seipsum iactat, me-
ritique propriis innititur. Rident & merito
quidem Epicurum veteres, quod seipse sa-
pientem diceret, ac suffragium in sui ipsius
cōmendationem ferret, septem porro Græ-
ciæ sapientes deprædicantur, quod non se-
ipsi, sed ceteri eos vt sapientissimos suspice-
rent & deprædicarent. Sponsa illa mystica,
ciuilis vt quæ maxime & edocta, cum sciret
proprio laudem sordere in ore, hortō se oc-
cluso & fonti signato comparat, *Horius con-
clusus soror mea, sponsa, hortus conclusus, f. n. si-
gnatus.* Innuere vult, omnia apud se occlusa
esse, diuitias se suas non prodere nec temere
in apertum, virtutes proprias dilaudando,
proferre. Idem omnino facit & Publicanus,
qui occludens animum & thesauros abscon-
dens, non nisi peccata, vitia, & nzuos animi
profert.

Et profecto melior haberi ratio nequit vt

preces Deus exaudiat, quam si supplet à de-
lictōrū suorum enumeratione ducat initium.
Hanc quippe rationem adhibuit, & ardens
illa sponsa, quæ in ipso Canticorum exordio
de seipsa confitetur, *Nigra sum, ad formosafili-
lia ierusalem.* Prius ecce se nigram dicit quam
pulchritudinem celebret. Idem omnino faci-
at & anima, quæ sponsa hæc denotat, aper-
te inquam ante peccatorum fuliginem con-
fiteatur, quam merita decantet ac propalet.
Quin & Psalmographus hanc formulam
præscribit, dum in Psalmis ait, *Revela Domi-
no viam tuam:* quæ verba doctissimus ex-
ponens Ambrosius in hunc modum com-
mentatur, *Bone ait, Revela, hoc est aperi consci-
entiam tuam, ne eam seculi istius grauet umbra
vel carnis.* Vterque porro dicere vult, Deo om-
nes cōscientiæ angulos patefaciendos, at-
que omnia illi peccata reuelanda adeo vt ne
vnum sub carnis aut mundi ymbra delite-
seat. Ita Publicanus noster se in apertum p-
dit & clara voce proclamat, *Deus propitiuss
mibi esto peccatori.*

O humilitatem deprædicandam! Phari-
sæus virtutes, hic enumerat peccata, ille su-
perbum, hic humillimum agit; ille reproba-
tus & reiectus, hic electus & iustificatus.
Quanta porro tuum robur & vis est o humi-
litas: cui in primis omnia Dominicæ incar-
nationis & passionis mysteria adscribit Gre-
gorius, *Ad hoc, inquit, Dei filius infirmitatis
nostræ formam suscepit, ad hoc inuisibilis, non so-
lum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad hoc
concupiscentiarum iudicia, illusionum probra, pas-
sionum tormenta sustinuit, vt superbum non esse
hominem doceret humilis Deus.*

Quicumque vero Patres diligenter euol-
uerit, inueniet profecto, virtutem hanc ab
omnibus deprædicat, hanc siquidem virtu-
tum omnium dicunt fundamentum, radi-
cem & principium veræ sapientiæ, scalam
cæli caritatis, & aliorum charismatum spi-
ritualium custodem, tentationum vastira-
tem, meritōrum nutricem, felicitatis nostræ
vadimonium, veritatis hostem & sanctitatis
proteatricem. Notandum vero est, quod ci-
dem elogium tribuit Climacus, *Si superbia,
inquit, ex angelis demones fecit, sic humilitas ex
demonibus angelos effecit potest.*

Psalm. 39.

II X.
Omnes Pa-
tres humi-
litem lau-
dant.

Quia

Quin & illud humilitati proprium, quod quo nos illā amplectimur arctius, nos quoq; illa vicissim maioribus. cumulet honoribus quoq; longius ab honore recedimus, quo ille nobis fiat vicinior. Atq; hoc est quod olim Sauli regi ait Samuel, *Nonne, cum paruulus es- ses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es.* Id est, Erras, erras Saul cum superbire & in solētius te gerere studes; quin potius recordaris, ad quantum te iam olim honorem eue-xerit submissio, an non enim, cum in oculis tuis paruus fores & humilis, omnium tribuum princeps & caput factus es? at si eleuare te coneris, ppediem profecto videbis, omnium te minimum esse & infimum.

Deus semper paruos dilexit. Quod vt euidentius Deus ostenderet, videbitis illum iam inde à mūdi exordio, paruus & humilibus delectatum. Adam duorū tantum erat liberorum pater, Caini & Abelis; primogenito reiecto iuniorem dilexit. Duorum etiam Abraham, Ismaelis & Isaac; sed illum repudiavit, hunc sibi selegit, ac de hoc ait Scriptura, non de Ismaele, *in Isaac uocabitur tibi sem n, quia hunc elegit Dominus.* Ipse quoq; Isaac non nisi duos filios habuit, Esau & Iacob, at maior natu reprobatus, & natu minor prædestinatus, iuxta Scripturæ elogium, *Iacob dilexi, Esau autem od o habui.* Multorum filiorum pater fuit Iacob, at natu minimos, Iosephum & Beniaminum in deliciis habuit & præ ceteris dilexit. Atq; ex his omnibus colligi potest humiles, quorum figura sunt minores, à Patre illo eterno diligi, superbos vero reitici & repudiari; quod & cantico suo testatur Deipara: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.*

Luc. 1. 1. Reg. 16. Cum olim secundum regem in Israel cōstituire Deus uellet, Samuelem Prophetam ad Isaie domum misit, vt vnum è filiis illius in regem vngeret. Prophetam cum in Eliab oculos coniecisset, vt qui ppero esset corpore, & fama digna imperio, & primogenitus statim hunc à Deo regno destinatum credebatur & in regem vngendum. Sed Deus aliter disponens, paruulum Dauid sibi delegit, de quo Pater ait, *Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oves.* Ecce, vt è septem fratribus natu minimum in regem delegerit, è quo manifeste colligere est, humiles ad gloriæ diade-

ma & cœlestis beatitudinis regnum destinari. Hinc Dominus omnes ad humilitatem excitans, paruulos fieri vult, *Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Innitere volens, solis humilibus cœlum & solis superbis tartarum referari. nam in eodem Mattheo aperte legimus, alio loco, *Sinite paruulos venire ad me, quoniam est enim regnum cœlorum.* Denique solos humiles respicit, solos humiles fouet: hinc Psalmista, *Humilia respicit in cœlo & in terra.*

Matth. 18. Matth. 19. Psal. 137. Ipsa quoque humilitas tam sublimis est, ac tantæ dignitatis, vt cū Deus videret, nullum in orbe magistrum reperiri, qui eandē pro dignitate ac debita ratione edoceret, filium vaigenitum in terra destinari qui eandem & verbis & re ipsa edoceret: q in prima quam prælegit lectione de seipso ait, *Discite a me, quia mi u sum & humilis corde.* Quem locum exponens Gregorius ait, non ait, *Discite a me patrare miracula, mortuos ad vitam reuocare, demones fugare, elementa cōcutere, influxus cœlestes dirigere, maria pacate, & nouos mundos cōdere, sed solam discite humilitatem, quæ virtutum regina est & vitiorum terror.*

Ferunt omnes Graciæ vrbes Homerum mortuum sibi ciuem vindicasse, & de illo nō parum inter se contendisse, adeo vt beatas sese crederent, si hunc habere ciuem possent: idem de omnibus quoque virtutibus dicere licet, nimirum omnes quodammodo inter se contendere, ac scire velle, ad quam potissimū humilitas spectet, & cui vere debeat vt ciuis ascribi, omnes suā esse dicunt, omnes eam sibi vindicant, adeo scilicet ipsa excellens est & emmens. Hinc olim ipse veritatis Doctor Christus humilitatem iustitiæ vniuersalis nomine appellauit: cum enim Ioannes illum baptizare præ humilitate detrectaret, hoc se munere penitus indignum censens, ait ei Dominus, *sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam;* quod explicans glossa ait, *Id est humilitatem.* Ob hanc solam virtutē Publicanus noster, hodie laudem meretur, vt vice versa Phariseus ob superbiam & arrogantiam, infamiam; hic non nisi de virtutibus, ille humilis de solis agit peccatis, *Deus esto mihi propitijs peccatori.*

IIX.

S. Bonavent.
in vita.
S. Francisci
humilitas.

Est nemp̄ arrogantis proprium, sua de-
prædicare ac velur tuba proclamare merita,
humiliū vero de suis loqui peccatis, quod
S. Francisci exemplo fiet manifestum. Cum
Rufinus, vnus ē primis illius sociis, scire vel-
let, quanta sanctissimi patris foret humili-
tas, ab eo petit, Quid de te censēs pater?
quo te ducis loco? quem te esse putas? cui
mox Francisc. Maximū inter mortales pec-
catorum, & quo nemo minus Deo gratus.
Qui hoc fieri potest, ait Rufin. & hoc quo-
modo vere potes dicere? neque enim es fur,
homicida, adulter, vt alii plures, sed ab-
omni crimine liber, tum Francisc. si alius illam
dedisset gratiam Deus, qualem mihi; maiora
haud dubie præstitissent: si mihi vero Deus
gratiā subtraxisset, cæteris deterior extit-
issem, & in maiora etiā peccata lapsus essem.

Cant. 1.

Iusti præ humilitate non vident, quæ in
animo suo delitescunt. Idcirco in Canticis
ait sponsa, *Nolite me considerare quod fusca sim;*
quia decolorauit me sol. Nam quemadmodum
qui solis radiis circumfunditur, domum ali-
quam intrando, videre nequit, quæ videnda
sunt, ita quoque qui in sublimem solis diui-
ni contemplationem abreptus est, cum sui
ipsius cognitionē ingreditur, nihil omnino
suorum meritorum videt, mera nox oculos
illius oberrat & tenebrę densissimæ. Hanc se
habere virtutem profitebatur Dauid cum de

Psal. 130.

se sine vlllo fastu diceret, *Domine non est exal-*
tatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neq̄
ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super
me. Non sufficit dixisse, pedes & oculos ab
omni fuisse fastu & iactantia alienos, sed ne
cor quidē vnquam aut animam aliqua fuisse
vanitate inflatam: ita quoque non sufficit,
oculos in terram deicere, vestes gerere hu-
miles, gressum moderari, verba simplicia
proferre; si cor in primis humilitatem non
spiret, vnde & Dominus cum humilitatem
doceret, a corde duxit initium, *Discite à me*
quia mitis sum & humilis corde; ac si dixisset,
nolo solo vos habitu humiles esse, & in con-
uersatione modestos vitam humiliter insti-
tuere, & morū simplicitatē præferre, sed in-
primis eōtendo, vt cor & animus humilita-
tem preferant, & eundē seopum feriens Psal-
mista ait, *Cor contritum & humiliatum Deus*

Psal. 51.

Tom. 2. Pars 2. Esina.

non despicies: perinde ac si dixisset, non vestis
non gestus non verba faciunt humilem, sed
cor contritum & humiliatum, quod nun-
quam te scio despecturum. Et profecto ita se
res habet, quam ad oculū hic videre est, su-
perbus namq; Phariseus reicitur, & humi-
lis Publicanus assumitur ac iustificatur. *De-*
scendit hic iustificatus ab illo.

Ferunt fontem esse, cui faces accensæ in-
iectæ quamprimum emoriantur, extinctæ
vero accendantur, huius naturæ esse censeo
Deum & orationē, per quam ad ipsum acce-
ditur, qui enim superbia succensus ad alter-
utrum accesserit, quamprimum moritur, at
qui vere fuerit humilis & mortificatus gra-
tiam recipit ac vitam, & prædestinatus est,
nam, teste Apostolo Iacobo, *Deus superbis re-*
sistit, humilibus autem dat gratiam.

Fons admi-
rabilis.

Iac. 4.

Dicere solebat Chabrias Atheniensium
dux agmen ceruorum, duce leone fortius es-
se ac validius, quam leonum duce ceruo. Vt
moraliter hoc exponā, dico vitiorum exer-
citur, cui humilitas vti dux præest, maioris
esse roboris & potentia, quam virtutum, q̄
ducat superbia & fastus. Periculum faciam:
ecce Phariseus amplius virtutum exercitum
explicat dicens, *Leuino bis in sabbato, decimas*
do, non sum sicut ceteri hominum: sed condu-
ctrix est superbia, qui vincitur, superatur, &
magna infamia affectus recedit. Illinc vero
videas Publicanum, qui peccatorum agmen
explicat dicens: *Deus esto mihi propitiu pecca-*
tori, sed quod ducit humilitas, atque ideo
victoriam refert, triumphat, & iustificatur,
Descendit hic iustificatus ab illo.

Chabria
ducis a-
pophthe-
gma.

Humilitas causa nostræ iustificationis
est, & preces, vt exaudiantur efficit; arro-
gantia vero reprobationis & omni ratione
nostræ iustificationis
impedit, quo minus oratio exaudiat, nam
peccatores Deus non exaudit, dicitur in Euan-
gelio, *superbos* ait Glossa. Tantum porro
abest, vt Deus superborum & arrogantium
preces exaudiat, vt cum potius irritent, &
ad iracundiam prouocent: quod egregio
conceptu exornabo.

Bias Priæus cum quodam tempore na-
uim conscendisset, & ingens subito tempe-
stas fuisset exorta, omnesq; mortem impen-
dentem viderent, & scelesti aliquot qui vna posita.

Insignis hi-
storia mo-
raliter ex-
dentem viderent, & scelesti aliquot qui vna posita.

C c vehe-

vehebantur, manibus in cœlos sublatis, diis supplices vota facerent, dicere cœpit. *Tacete ne dii in se ipsos vos hinc ab nauigare sentiant.* Significare sc. volebat, preces impiorū, & maxime superbiorū, qui inter peccatores reges sunt ac principes, Deum ad iracundiam prouocare, & eius furorem exacuare, non vero exaudiri, q̄ & Euangelium egregio cōfirmat Epiphonemate, quia *omnis qui se exaltat, humiliabitur, & omnis qui se humiliat, exaltabitur.*

Eia igitur Christiani, cōsiderate hoc diligentius, & cogitate, quemadmodum aurei nummi, qui in bilance descendunt, in thesauris receduntur, quiq; vero eleuantur, extruduntur & perfulgus sparguntur, ita quoq; illos, qui vana sese gloria ceteris, & ceteros præ fastu & arrogantia aspernantur, reuerti à Deo ac reprobati, at qui descendunt, seseq; humiliant in cœlum assumi, in quo thesauri & reconditoria gloriæ sunt. Discite ab hac parabola Christiani, superbiam & insolentiam apud Deum & homines execrabilem esse, *Odiabilis Deo est hominibus superbia*, ait Sapiens: ac solas humilium preces promereri vt exaudiantur: testatur hoc pulchra illa Iudith dicens, *Mansuetorum est humilium semper ars placuit de precatio*, quod factò ipso Publicanus noster hodie declarauit.

Tu autem summe Deus, qui humiles imprimis diligis, & superbos detestaris, q̄ illos amplectens, hos vero persequeris, hanc obsecro virtutem pectoribus nostris insculpe, illiusq; aduersariam procul ab animo elimina. Tu sc. es, qui superbum Luciferum cœlo exegisti, insolentem Adamum Paradiso pepulisti, arrogantē Nabuchodonosorem regno & diademate priuasti, fastuosum Pharisæum non exaudisti, & omnes deniq; illos dignis suppliciis castigasti, q̄ natura limites egressi, ad vanitatum desertum secesserunt. Tu quoq; summe Deus humilem Abrahamum exaltasti, simplicē Iacob dilexisti: paruulum Dauid ad regnum euexisti, & sese dimittentē Publicanum iustificasti, & semper omnium preces & vota exaudisti, qui in corde humiliato & animo submisso te inuocant. O virtutem votis omnibus expetendā, & superbiam diris deuouendam, & velis remissique fugiendam. Illa scilicet in posterum ani-

mo nostro dominetur, in actionibus nostris verbis ac gestibus refulgeat, solam humilitatē spiremus, nihil omnes actiones nostras præferant, nihil animo aliud gestemus inclusum. Ipsa siquidem virtutum directrix est ac caput, bonorū operum gubernatrix, meritōrū custos, cœlorū clauigera, ipsa est, quæ luculentum hodierna die Publicano affert triumphum, & extremam Pharisæo infamiam, & eadē simul opera nos omnes edocet, ipsa deniq; virtus, à quo omnis nostra dependet beatitudo, ad quam SS. nos deducat Trinitas Pater & Filius & Spiritus sanctus.

DOMINICA VNDECIMA POST PENTECOST.

Partitio.

- I. De septem fidei fundamentis.
- II. De fide & charitate adductum surdum & mutum.
- III. De manu Dei ipsum tangente.
- IV. De surdo ac mutò ipso quoquam designante.
- V. De sanandi à turba abductione.
- VI. De nouemto turba.
- VII. Turba & altiora mysteria sunt celanda.
- VIII. De ingemiscente Iesu.

Adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.
Matth. 7.

FIGURA.

SVMMS ille Dei amicus Dauid cū quodam die vicini sui vxorem è solario sese lauante conspexisset, in plurima deinde peccata letifera incidendi hinc occasionem hausit: indignatus itaq; Deus surdum eum & mutū in animo ad dies aliquot reddidit. Testatur ille siquidem de se, *Ego sicut surdus non audebam, & sicut mutus non aperiens os suum.* In eandem omnino calamitatem plurimi hodie delabuntur peccatores, quib. ob infinita, quib. Deum offendere peccata, auditum & linguæ vsu Deus aufert. Ad vitium hodierno hoc in Euangelio expressum legimus, in quo surdus quidam qui simul & mutus, Iesu Christo, ad sanitatem recuperandam

Eccl. 10.

Iud. 9.

2. Reg. 21.

Psal. 57.